Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.
Wien, 1800 Seite 1251
Quelle:
Copyright:

DLIII.

U. 293 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 326. f. per duas columnas ſcriptus, et rubricis diſtinctus hunc Titulum miniatum praefert: *Incipit ſecunda pars ſumme de theologia edite a fratre Thoma de aquino ordinis fratrum predicatorum.* Initium, ut apud *Nicolai cit. Quia ſicut Damaſcenus dicit* &c. Quia vero, ut notum, *Pars* haec *Secunda* rurſus diſpeſcitur in *Partem primam Secundae*, et *ſecundam Secundae*, hoc Codice non niſi *Prima Secundae* continetur, quae definit: *non autem mali. Et hec de moralibus in communi dicta ſufficiant.* Adjecit Librarius: *Explicit prima ſecunde finita anno domini 1418. feria 3. menſ. Octobris die 18. de gratia dei.* Succedit contentorum Elenchus.

DLIV.

U. 298 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 345. f. per duas columnas luculente exaratus, rubricis diſtinctus, olimque *Collegio B. Mariae Virg. domus Rubee roſe aput fratres predicatores in Wyenna legatus* a M. *Jacobo de Wuldersdorf arcium ac ſacre pagine profeſſore et ad ſanctum ſteffanum Canonico* complectitur Operis mox dicti *Partis II. Partem Secundam*, quae, ut apud *Nicolai cit.* incipit: *Poſt communem conſiderationem de virtutibus et vicijs* &c. verum, cum Tractatio integra *Quaeſtionibus* CLXXXIX. definiatur, Exemplum fiſtit in *Q.* XCVI. his verbis: *ad figuras ſcriptas, quam ad intellectum verborum.* Atque totidem etiam *Quaeſtionum* Elenchus ſequitur adjuncto alphabetico Rerum.

DLV.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3027 XIV. Folior. 122. f. per duas columnas nitide, multis tamen vocum compendiis, ſcriptus, coloribus diſtinctus, et prius *Monaſterij Sancte Dorothee Canonicorum Regularium in Wienna* eſt D. *Thomae Aquinatis Prima Secundae Partis Summae Theologicae*, prout extat in Editionibus v. g. *Patavina* 1698. T. II. p. 1. f. hoc initio: *Quia ſicut damaſcenus dicit homo factus ad ymaginem dei dicitur* &c. Integra omnia, et ad calcem minio ſic habetur: *Liber Monaſterij Sancte dorothee Canonicorum regularium in wienna emptus a domino prepoſito ſternbergenſe pro quinque florenis licet taxatus fuerit pro quatuor ſolum, et datus fuit monaſterio in ſternberg* (Canon. Regul. in Circ. Olomuc. Moraviae) *Per M. Zanderum canonicum eccleſie Olomucenſis A. 1435°.* Reſcripta eſt haec Formula ſuper aliam eraſam. Sequitur adcuratus *Quaeſtionum* ſeu *Titulorum* Index.

DLVI.

Codex chartaceus lat. Sec. U. 296 XIV. Folior. 437. f. per duas columnas exaratus, et rubricis maximam partem diſtinctus continet